Quaestio medica quodlibetariis agitanda disputationibus in Scholis Medicorum, die martis 3a novemb.

D. Joanne Hautin D. M. Disceptatore Sapientissimo.

An Jecur omnium humorum officina?

Huius universi partes quatuor elementa tota per tota confusa omnibus quae caeli concavo comprehensa tenentur ortus initium causasque dederunt quare quae nobis in alimentis sunt, ex hisce iisdem commistis conflata esse ratio declarat: quae una coctione multiplici tamen graduum progressione elaborata, in ore mollita, in eius ventre quasi maturata, in ventriculo, atque in iecore percolata, et in sanguinem conversa, postremo per venas quae ei sunt spermaticae, sic ab hepate originem non trahunt, ad singulares corporis partes deducta, veluti per quandam assationem exsiccata, humoris quod in solidis effluit separant.

Et quoniam ex alimentis varia quatuor elementorum confusione temperatis diligenti multiplicique opera conficitur sanguis natura calidus, qui partium non unius generis, sed diversarum dissimiliumque nutrimentum est futurum: nihil enim chylo nutritur, sed omnis nutritio fit solo sanguine a iecore per venas deducto: sane in se quod illis respondeat continere debet, ut sit humor toti alendo corpori idoneus, non unus et simplex, sed multiplex dissimiliumque partium, aliud quiddam et pingue aqueum sive pituitosum, igneum feculentum et atrabilare continere.

Cum autem sanguinis qui et pituita nunquam gigni potest confectio, facultatis naturalis, in qua vitalem contineri ratio persuadet, et sit primaria principesque functio, sanguis eius partis in qua sedem facultas illa collocabit opus esse dicitur. Quare cum in hepate naturalis facultas posita sit, erit hepar et sanguinis, sic omnium humorum, a quibus morbi omnes interni emanant officina. Et qui ex dissimili temperie ex calore dispari producantur. Anima enim quae una et simplex est essentia, facultatibus, quae nunquam ubi vita manet intermoriuntur multiplex, pro instrumentorum apta conformatione, licet ad agendum instrumentis nullis egeat, in his partibus, quam aliis multo clarius, easdem functiones quam alias.

Neque vero eos in iecore solum humores, qui actu in sanguine continentur, sed et humorum excrementa uno eodemque calore generari repellentis sive excrementis conditio declarat, quae concoquenti propter tuo conjuncta est. Illa autem ut nullius partis nutritionem perficere possunt nullamque partem alunt, sic a nulla parte attrahuntur.

Quod si varia periodo, pro suae tamen speciei ratione certa constantique recurrentes morbi, varios humorum fontes demonstrare videntur: tamen quia plerumque humores faciunt a naturali statu recesserunt, formam, proprietatesque diversam in vita sunt contracta, idem agere non est, sed discrepant, ex originis humorum locus varius constitui debet, ex necesse est ab his effectus eiusdem naturae conditionisque promanare, ex si agunt idem, esse idem plane similesque consequentur effectus.

Jecur igitur omnium humorum officina.

F.M.P. Bibliothèque

Proponebat Germanus Courtin. M. D. LXXIIII

~~Domini Doctores~~ disputaturi.

M. Guillelmus de Baillou.
M. Martinus Akakia Pr. Reg.
M. Nicolaus Seillier.
M. Petrus de la Biltrade.
M. Henricus de Monanthëuil.
M. Antonius Duval Med. reg.
M. Stephanus Gottin.
M. Augustinus Frondebeuf.
M. Joannes Le Conte Pro. reg.